

# Nuntii Latini

## ÚKOLY K TEXTŮM 1–9

*Přiřaďte nadpisy a texty zpráv. K šesti z nich přiřaďte obrázek.*

*Odhadněte, co v textech znamenají uvedená slova a slovní spojení*

*caelo, conventum nationale, petitionem novorum suffragiorum, vigiles publici, regiminis, primus minister, thermosiphone, computeri usu, scholae praefectus, monachus Loyolanus, gradum doctoris philosophiae, per infimam aetheris zonam, nosocomia, therotrophio, statio radiophonica, carcere minoribus apto, iuribus civilibus, vigente regimine communistico, sacerdote docente, civitate, vexilla, mercedibus scaenicorum*

*Co znamená slovo condietur?*

*Najděte v textu latinské označení místních jmen*

Buenos Aires, Francie, Venezuela, Bělorusko, Piemont, Čečensko

*Popište vlastními slovy, jaká „aféra“ se líčí v 7. textu*

*Odpovězte na otázky*

1. Co je důvodem pro vytváření nových termínů springer a spummer?
2. Co to je *caro boum* a co *caro equorum*? Je něco z toho zdravotně závadné?
3. Je v Africe více obyvatel než 1 miliarda nebo ne?
4. Uveďte charakteristiky spojené s označením socialista (4. text). Myslíte, že autor má k těmto lidem postoj spíše negativní nebo pozitivní?
5. Jak se jmenovala akce popisovaná v 5. textu? Konala se ve více městech?
6. Jak protagonista 6. textu reaguje na kritiku ve své zemi?
7. Jaké vzdělání dosáhla osobnost popisovaná v 8. textu?
8. Který fyzikální jev se popisuje spojením *terrae mole attractae* (9. text)?
9. U kolika lidí je zdravotní stav nejistý (9. text)?

*Zdůvodněte použití časů a způsobů*

*augerentur, exquisitum esset, esse, reclamarent, fuisset, habiturus sit, extulerit, sint*

U příkladu *qui moleste ferant* se zamyslete, zda by bylo možné / vhodné použít jiný způsob.

*Zkuste najít slova popsaná následujícími definicemi*

*Est interjectio malum odorem aspernantis (5. text)*

*Ponitur pro feretro, in quo defunctorum cadavera efferuntur. (4. text)*

*Locus in quo sepulta iacent mortuorum corpora. (7. text)*

*Cum sonitu hinc inde diduco, cum sonitu et fragore dirumpo. (9. text)*

## TEXTY

### 1. text

Hiems, ver, aestas autumnusque sunt tempora anni, quae valebant adhuc per totum orbem terrarum. Sed non porro videlicet valebunt in Australia, nam huius terrae biologi, climatologi aliique studiosi putant ibi divisionem in quattuor tempora anni minime aurae congruere.

Horum studiosorum nomine Tim Entwisle, rector hortorum botanicorum Sydneianorum, appellat, ut detur Australianis licentia duo nova anni tempora habere. Quorum nomina Anglice sint 'sprinter' (initium scilicet veris) et 'sprummer' (tempus simul vernale et aestivale).

### 2. text

In multis Europae civitatibus escae in mercatorum tabernis praebitae sunt, in quibus pro boum carne equorum substituta erat. Politici quidam commendaverunt, ut hi cibi hominibus egentibus distribuerentur, cum **exquisitum esset** eos non nocere.

### 3. text

18. die mensis Octobris numerus hominum terram inhabitantium attinget septem miliarda, nuntiat prognosis magistratus USA.

Incrementum recens populationis humanae magna ex parte effectus est multorum partuum inter Africanos. Huius enim continentis incolarum numerus modo limen miliardi superavit.

### 4. text

XXX fere rerum publicarum gubernatores Hugoni Chavesio, praesidi Venetiolae mortuo, supremum vale dixerunt, in quibus Mahumetus Ahmadinedjad, **praeses** Iraniae, Alexander Lukashenko, praeses Rutheniae Albae, Radolfus Castro, praeses rei publicae Cubanae (quem in imagine adposita aspicias). Corpus mortui ad exemplum Vladimiri Lenin *condietur* et in sempiternumlecto imponetur. Ahmadinedjad, cum excubias funebres ageret, pugno socialistarum more sublato, a multitudine vehementem accepit plausum. Nicolaus Madurus, qui Chavesium in munere succedet, cum exemplar eius gladii, quem Simo Bolivar tulisse dicitur, in capulo poneret, tremula voce „hic, o dux” inquit, „in aeternum invictus integerque vives”.

Luctus publicus in XIV dies productus est, ut civibus liceret duci suo vale dicere. Quod plus duo milliones hominum adhuc fecere. Quorum plurimi vestimentis rubris induti – quem colorem socialistarum proprium esse constat – imaginesque Chavesii tollentes **vexilla** Venetiolana vibrabant.

### 5. text

Denuo in nonnullis Russiae urbibus plura milia hominum **caelo** frigidissimo non retinebantur, quominus Vladimiro Putin, praesidi Russo, **reclamarent**. Moscoviae hac die dominica XX fere milia hominum in mediam urbem convenisse dicuntur, ut „itineri contra sceleratos”, quod dicitur, interessent. Etiam in aliis urbibus adversarii praesidis clamabant „fu scelerati!”, „apage Putin” et similia.

Praecipue ei legi nuper datae reclamaverunt, qua prohibetur, ne liberi Russorum a civibus Americanis adoptentur. Adversarii praesidis, in iis Sergius Udalzew, Boris Nemzow, Gennadius Gudkow, postulaverunt, ut porro liberos adoptari liceret, ut praeter ceteros ii, qui debiles essent, spem vitae melioris haberent.

Ii, qui pro **iuribus civilibus** pugnare dicuntur, **conventum nationalem**, qui apud Russos Duma appellatur, ideo vituperant, quod legibus a se datis timor et oppressio, quae aetatem Sovieticam in memoriam vocarent, **augerentur**. Praeterea cives suos sunt hortati, ut **petitionem novorum suffragiorum** subscriberent.

In urbe Moscovia MMMM fere **vigiles publici** multitudinem coërcuerunt. De reclamantium numero dubitatur: cum magistratus putaret non plus quam novem milia hominum eo convenisse, adversarii **regiminis** de L fere milibus reclamantium loquuntur.

## 6. text

„Slava Rossii“, id est „ gloria tibi, Russia“: his fere verbis Gerardus Depardieu, illustrissimus histrio Francogallus, Vladimiro Putin praesidi Russiae gratias abunde maximas egit pro **civitate** Russa accepta. Se admirari Russiam, populum Russum, eius res gestas, eius scriptores. Russiam **esse** magnam democratiam, ubi homines bene viverent, aliter ac in Francogallia, ubi **primus minister** ausus esset palam se detrectare. Cum Vladimiro Putin se esse „mutuo amore coniunctum“. Ceterum ne quis diceret se opportunitati inservire, cui iam puero Russia grata **fuisset**. Patrem ut communistam solitum esse nuntios, quos **statio radiophonica** Moscoviensis emitteret, una cum suis audire. Nunc autem se linguam Russam discere velle.

Tamen dubitatur, num Depardieu sedem suam posthac in Russia **habiturus sit**. Cum Depardieu plebi Russae sit acceptus, tamen haud rari inveniuntur, **qui moleste ferant**, quod Ramsanium Kadyrow, tyrannum Tsetseniae, mense Octobri laudibus prorsus **extulerit** et cum Gulnara Karimowa, filia praesidis Usbequiae, in scaena steterit.

Interim in Francogallia de **mercedibus scaenicorum**, quae nimiae essent, disputatio orta est. Qua Depardieu id, quod fecit, comprobatum habet: se ipsum Francisco Hollande, praesidi Francogallo, dixisse iis, quibus res prospere cederent, a Francogallis semper invideri.

## 7. text

Insolitum quod in quadam Lucaniae schola evenit: LXXIV discipuli, cum **thermosiphone** uti non possent (suo munere non fungebatur, sed paulo post functurus), praefecti scholae iniussu, scholam deseruerunt. Quod cum agerent, scholae auctoritatem neglexerunt, cui parentes liberos tradunt, et sibi periculum iniecerunt. **Scholae praefectus**, una cum **sacerdote docente** et urbis praefecto, parentibus convocatis, decreverunt ut discipuli effrenati non a schola amoverentur (quod sine dubio eis gratum fuisset) sed in coemeterio et in **carcere minoribus apto** per quattuor dies operam darent. Hoc modo schola munere educationis functa est, discipuli se erravisse intellexerunt.

Aliquid simile ei, qui haec scribit, accidit eo tempore quo docebat. Nonnulli discipuli, qui **computeri usu** instituebantur, spherulas, in „mure“ (anglice „mouse“) sitas, amoverunt; detecti sunt et, parentibus convocatis, hoc decretum est: ut per septem dies in scholam, paulo antequam signum intrandi daretur, adirent et a subselliis pulverem abstergerent; hoc quoque decretum est, ut scripta nonnulla, quae ad probos mores pertinerent, legerent, per summa scriberent et condiscipulis referrent. Quod feliciter evenit.

## 8. text

„Quis es, unde venis, qui tuus pater est, peregrine?“. Hoc fideles in forum Sancti Petri congregati, e novo Pontifice quaerere vellent nuper electo. Praenomen in lingua Hispana (*Jorge Mario*, Latine Georgius Marius) indicia sunt eius nationis Argentinae, nomen oriundum ab Italia (Bergoglio) eius generis, nomen alterum delectum Franciscus ut Sanctus paupertati iunctus, episcopi magisterii erga tot Catholicos Americae Latinae in angustiis versantes. „Venio ab orbis terrarum finibus“, duplici nomine patefacto, tacitis rogationibus respondit. Vultu laeto, verbis sinceris humiliter coram populo se Romae episcopum declaravit.

Ante XXXV annos primus (post nonnulla saecula) Pontifex non Italus electus est, nunc primus non Europaeus, sed Argentinus, primus qui sibi nomen alterum imposuit Franciscus, primus **monachus Loyolanus**. Ecclesia se vertit tunc ad Europam Orientalem, **vigente regimine communistico**, nunc ad totius orbis pauperes.

Cum natus esset Bono Aëre anno MCMXXXVI e familia regionis Pedemontanae provinciae Hastae, adulescens, iam periti chemici diplomate honestatus, studuit apud seminarium; postea anno MCMLVIII societati Jesu ascriptus est ut novicius monachus. Adeptus **gradum doctoris philosophiae**, se dedit aliquot annos ad docendum. Anno MCMLXIV sacerdos ordinatus est. Anno MCMXCII nominatus est Episcopus Auxiliaris Boni Aëris et titularis Aucae. Post V annos fuit Archiepiscopus et insequenti anno Primas Argentinae. Praefuit Consultationi Episcopali Argentinae ab anno MMV usque ad MMXI. Fuit inter candidatos Pontificatus anno MMV, cum prioris Pontificis fautor esset.

## 9. text

Magna bolis, quae **per infimam aetheris zonam** decidens in fragmenta comminuta est, insuetam lapidum lucentium et displodentium pluviam de caelo Uralensi in Russiae regionem vastam generavit. Mille circiter homines vitreis fractis sauciati sunt, quorum multi in **nosocomia** medendi gratia se contulerunt; de duorum puerorum et unius adulti valetudine dubitant medici. CCC domus, VI nosocomia et XII scholae damnis adfecta sunt, officinae sex milia metrorum latae tectum obrutum est, perterriti sunt lupi, ursi ceteraeque bestiae in **therotrophio** Celiabinscae.

Perrara sunt fragmenta de caelo decidentia tanti ponderis, ut damnorum causae **sint**: more solito bolides *terrae mole attractae* aëre atteruntur et lineam lucidam tantum ostendunt, neque ullus globus usque ad terram pervenit nocendo idoneus: quod vulgo sidus deciduum appellatur. Iam multa saxa obscura in regione comperta sunt, quae qui forte sibi comparavit magno pretio venum dare vult. Hic conspicerere potes insuetum spectaculum in Russia conspectum:

<http://rt.com/news/meteorite-crash-urals-chelyabinsk-283/>

Eodem die in Cubae caelo magnum sidus deciduum displosit et asteroides haud longe a planeta nostro (id est XXVIII milium chiliometrorum distantia interposita) supervolavit.

## NADPISY

*7 miliarda hominum*

*Australiani nova anni tempora sibi poscunt*

*De bolide in Russiam decidenti*

*Equorum caro fraudulenter veno posita*

*Gerardus Depardieu civitate Russa donatus est*

*Non solum puniendi sed etiam educandi discipuli*

*Quis es, unde venis?*

*Russi praesidi Putin ob adoptionem vetitam reclamant*

*Venetiolani Hugonem Chavesium lugent*

# OBRÁZKY

A



B



C



D



E



F



## PŘEČTĚTE SI NÁSLEDUJÍCÍ TEXT A VYTVOŘTE DVĚ OTÁZKY K TEXTU

Může se jednat o gramatické otázky, otázky na obsahovou stránku (pravda – lež, vybrat z možností,...), otázky týkající se slovní zásoby (synonyma, definice slov, antonyma),...

Otázky pak předložíte svým kolegům. Buďte nároční, zkuste vymyslet otázky, které vyžadují pečlivé čtení. Dejte si však zároveň pozor, aby formulace otázky nebyla zavádějící.

### Adolescentes parum dormire

#### Ite dormitum!

Bonum mâne! Novâ disquisitione apparet multos adolescentes insomniâ laborare, quintum quemque minus sênis horis per noctem dormire. Adolescentes nimis diu vigilant nec surgunt nisi aegrê et dolorosê – etiam cum institutio scholaris incohetur praematurê – quod nocet valetudini.



#### Ecce discipulum fatigatissimum more solito positum

Parentes hoc bene noverunt necnon magistri: Adolescentes oscitant libenter et multum. Quod saepe fit, quod illi molestiâ temporis vexantur, si quis vult sibi explicare theorema Pythagorae aut animos suos inflammare vult museo artium historico visendo. At verisimile est etiam verâ fatigatione effici, ut adolescentes oscitent. Nam novâ disquisitione apparet ex trinis adolescentibus, qui annos habent inter 16 (sedecim) et 25 (viginti quinque) annos, binos parum dormire.

Grex investigatorum Instituti Valetudinis Investigandae Dillenburgensis et Centri Medicinae Dormitoriae Marburgensis in hac disquisitione 8800 (octo milibus) adolescentium et iuvenum interrogatis invênit illos diebus negotiosis in medio minus dormire septem horis per noctem, quintum quemque minus sex horis per noctem. Hi numeri inventi summario iam publicati sunt. Tota disquisitio postea divulgabitur.

*Manfredus Betz* disquisitionis moderator suadet, ut adolescentes unâ minimum horâ diutius dormiant, nam ipsos adolescentes egere somno plurimo. Pubertate enim incipiente cerebrum vehementer mutari, quo unâ ex parte indigentiam dormiendi augetur, alterâ ex parte pubescentes nocte diutius vigilant.

*Manfredus Betz* adolescentium nimiam vigilationem etiam eo explicavit, quod illi nimium consumerent mediamina iisdemque nimis maturê esset surgendum ad institutionem scholarem participandam: Illos, cum indole suâ biologicâ possent diutius vigilare, studere animum avertere sophophono et computatro mobili. Iisdem etiam magis fatigari. Etiam eo quod multis in scholis – aliter ac aliis in terris – institutio iam incoharetur hora octava, facultatem discipulorum praestatoriam\* deminui. Ergo insomnia est inevitabilis et multi discipuli tironesque professionum cottidie non surgunt nisi dolenter.

62% (Sexagenae binae partes centesimae) interrogatorum ideo per diem sentiunt se esse parum recreatos parumque aptos ad praestandum. Nam somno non sufficiente neque recreabili valetudo

hominum vehementer deminuitur. Minoritas tantum adolescentium (17% = septenae denae centesimae partes) cum mâne expergiscit, sibi apta videtur ad labores diurnos exanclandos. Saepe insomniâ effici, ut homines laborarent difficultatibus psychicis et doloribus capitis et molestiis stomachi intestinorumque necnon essent operandi incapaces.

Adolescentes, si sibi licitum esset, libenter dormirent usque ad horam octavam aut nonam. Investigatores dicunt illos studere, ut deficientiam dormiendi compensarent eo, quod in diebus septimanae finalibus plus dormirent. Plerosque his diebus dormire plus novenis horis. At hac „superdormitatione septimanifinali“ animum non relaxari, insomniam non compensari. Investigatores eo imprimis stupefactos esse, quod quintus quisque intra annum difficultatibus dormiendi laborasset, sed duodecimus quisque studuisset, ut insomniam sua curaretur.

Hanc relationem d.12.m.Oct., a.2012 in Germanico periodico interretiali, c.t. est „spiegel online“ editam e Theodisco sermone in Latinum convertit Nicolaus Groß praeceptor Sedis interretialis domûsque editoriae, quae appellatur LEO LATINUS: <http://www.leolatinus.com/> Titulus originalis est: „Schlafmangel bei Jugendlichen – Ab ins Bett“